



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,  
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

**Nádasi, János**

**Coloniae Ubiorum, 1667**

15 Aprilis. 17 Kal. Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

360 ANNI CÆLESTIS  
chrum ardens lampas, oleo suo im-  
puros cujusdam estus in perpetuum  
restinxit ; quæ aliis quoque datae  
in præsentissimum, contra impuræ  
omnia, adjumentum.

OMNES SANCTI, &c.

pag. 320.

S. MARIA, ad cuius imaginem he-  
dierna S. Lyduina, ad te salutandam,  
ab Angelo ducebatur. Ora, ut lubens  
obediam Angelo meo in omnibus, qui  
mihi pro gloriâ tuâ suggesserit : sequar  
illum ducem ad te !

15 Aprilis. 17 Kal. Maii.

**S**ancte Eutychi Ep. M. qui Re-  
dempto Episcopo, penes tum-  
bam tuam in lecto vigili, visus, ter-  
in clamâsti : *Venit finis universæ car-  
nis!* die sequenti visæ in cælo ignea  
acies, hostium indices, qui postea  
immani clade omnia miscuerunt.  
Certè mihi, quando in ultimo le-  
tto propè à tumbâ abero, finis ve-  
niet universæ carnis ; sed ut bene  
veniat, etiam te invoco, unâ cum iis  
omnibus, quibus felici morte feli-  
citer venit finis universæ carnis.  
Hunc finem ut in omnibus pru-  
denter respiciam, doce me, & effice  
ut sit felix ille meus finis : ita enim

felix

TIS

o suo im-

erpetuum

ue data d

a impur

I, &c.

ginem br

etandam,

ut lubens

bus, qui

: sequar

aji.

qui Re

es tum-

isus, te

versa car-

do igne-

ri postea

cuerunt.

timo le-

finis ve-

ut bent

i cum iis

orte felic

carnis.

ous pru-

& effice

ta enim

felix

## XV APRILIS.

361

felix mihi erit æternitas, cuius non  
veniet unquam finis. Amen.

Sanctæ Basiliæ, & Anastasia,  
Apostolorum discipulæ, lingua,  
pedibusque præcisis, gladio per-  
cussæ.

Sancti Maro, Eutyches, Victori-  
ne, variis pœnis interempti.

S. Casilda V. regia, quæ cùm ca-  
ptivis Christianis cibos ferres, illos  
Rex pater tuus vidit in rosas esse  
conversos.

Sancti Maxime, & Olympiades,  
qui fustibus cæsi, divitias vestras  
Christum esse dicebatis, mundari  
vos fustibus, & plumbatis: ac tan-  
dem capita fustibus contusi, ex-  
pirasti: cadavera verò, canibus  
in prædam abjecta, ab illis custodi-  
ta sunt.

S. Crescens Martyr per ignem.

Sancti Theodore, & Pausilippe.  
MM.

OMNES SANCTI, &c.

pag. 320.

S. MARIA, à quâ demissam super  
clientes tuos è calo coronam, tuum,  
& tuorum clientum nomina continen-  
tem, vidit Christina Virgo, hodie de-  
functa: habe curam mei nominis,  
ut illud benè preparem ad coronam!

S. MARIA, qua hodierno Petro,

Y

tuo



362 ANNI CÆLESTIS

tuo clienti, mortem, centum quinqua-  
ginta diebus antè, prædixisti, quos il-  
lum in asperitate duxit: eidemque  
cùm os aperire, pro sumendo viatico  
non posset; tu linguam tuis manibus  
tigisti, eique sensum restituisti. Tangi  
linguam meam, & cor meum; ut Eu-  
lium tuum, cùm semper, tūm vero  
in extremo vita, ita, ut decet, reci-  
piam!

16 Aprilis. 16 Kal. Maii.

**B**eate Joachime, qui ardenti-  
simâ Dei, & proximi charitat-  
accensus, horrendum epilepti-  
morbum à quodam epileptico in te-  
transferri impetrâsti, epileptico-  
rum omnium patronus: cuius ca-  
put in choro visum est cælesti  
Splendore accensum: qui absu-  
à vermibus, ut plus patereris, petui-  
sti; & ipso Christi morientis die, ad  
illa Passionis lecta verba: Inclina-  
capite tradidit spiritum; spiritum  
tuum spiritui Iesu comitem addi-  
disti. Ora pro me, ut eâ erga omnes  
charitate sim, quam à me postula-  
charissimus Deus meus. Sicut enim  
qui non diligit, manet in morte; ita  
is nunquam malâ morte finietur,  
qui libenter opera charitatis exer-  
cuit.